

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9521

**Auteur(s) :** Robert du Neubourg, Rouen (doyen chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s) :** Notre-Dame-de-Bondeville, Notre-Dame de Bondeville (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1183-1189]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert, doyen de l'église cathédrale de Rouen, confirme la donation de 110 sous de monnaie usuelle faite devant Rotrou, archevêque de Rouen, par Audulf de Brachy aux religieuses de Bondeville.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 52H21.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Robert du Neubourg, doyen de Rouen, 1175-1188/1189. Cet acte est postérieur à la mort de Rotrou, archevêque de Rouen († 26 novembre 1183).

### Texte d'après A

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, Robertus, Rothomagensis ecclesie decanus, totum [.....] ne sub taciturnitatis silentio per indicium afferat falsitas veritati testimonium de [.....]innus non debemus. Inde est quod ad omnium noticiam volumus pervenire, Audulfus de Bracheio, donationem quam pauperibus monialibus de Bondevilla, coram venerabili patre nostro Rotrodo, bone memorie archiepiscopo, super assignatione redditus, centum et decem solidorum usualis monete fecerat, in presentia nostra recognovisse seque loca in quibus dictum redditum percipere debebant nominasse : apud Sotevillam supra Mare, quadraginta solidos, apud Merdosam villam, quadraginta solidos, apud Haiam Asini, triginta solidos. Et quam dictus Audulfus prefatis monialibus quadraginta solidos quos eis annuatim percipiendos apud Sotevillam supra Mare assignaverat, tueri et defendere non poterat, dedit eisdem in excambium quadraginta solidos quos ei Henricus Waspal pro quodam bosco de Haia Asini quem de ipso Audulfo jure hereditario tenebat, singulis annis persolvere tenebatur pro dictis quadraginta solidis quos apud Sotevillam percipere debebant moniales. Prelibatur vero Henricus in in presentia nostra tactis sacrosanctis Euvangelii se prenominate monialibus supradictos quadraginta solidos bona fide, sine malo ingenio annuatim soluturum juravit. Sepefati quoque Audulfi filius Audulfus scilicet se super assignatis eisdem monialibus a patre suo redditibus, patronum exhibiturum et defensurum redditus fide corporaliter prestita in presentia nostra firmavit. Ut igitur malignantium cavillatio sopiatur, quod in presentia nostra factum est, scripto et sigillo nostro duximus confirmandum. Testibus his, Petro cantore, Walerano de Mellento archidiacono, Roberto capellano, Helia sacerdote, Magistro Ricardo, Henico de Huglevilla, Roscelino succentore, Guidone Ebroicensis archidiacono, Waltero de Gornaco, Gisleberto, Waltero de Casteneio Guihenoco, Helia de

Warvic, Radulfo Giroudi, Magistro Taurino, Nicholao de Mala Palude, Willelmo filio vicecomitis Rothomagensis  
canonicis et pluribus aliis.